

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Nequitia in temperantiam versa.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

ab ipsa pelta trames coloris ejusdem ad rubrum usque ambitum protenderetur, ejus ordinis erat in signe, qui SAGITTARII SENORES ORIENTALES appellabantur. Militabant ii sub magistro militum Praesentiali nuncupato.

## SECUNDI THEODOSIANI. CAP. XVIII.

**L**uteus etiam Equus erat in imo parva ferruginea colorationis, cuius umbilicus albus rubro continebatur circulo, quem alter coloris lutei circuibat. SECUNDORUM THEODOSIANORUM hic erat clypeus, qui sub eodem militum magistro stipendia faciebat. Hi nimurum Theodosii principatu in militiam alleci.

## CONSTANTIA. CAP. XIX.

**E**rat & alia legio, quæ rutilum Equum in cœrulea parma gestabat, in medio viridis orbis constitutus, cui quadrupes toto inniti pectore videbatur, ea CONSTANTIA nuncupabatur, quæ sub magistro peditum merebat: Constantio quippe Principe instituta.

## IMMODERATUS IMPETUS. CAP. XX.

**R**es ipsa adhortari videtur, ut & historia sacra mysterium, quantum ad Equum pertinet, reuelem. Nam pro immoderato & rationis experte impetu Equum ponî apud Legislatorem Mosem, ex eo manifestum est, quod non designari principem Equorum educatorem dicit. quod ita cpiendum est, ex Philonis sententia, ut ineptum eum ad principatum existimemus, qui voluptatis cupiditatisque & nequitiae deditus flare loco nesciat, & freno ferox humania mandat. Lex ipsa est Deut. c. 17. *Quique rex fuerit constitutus, non multiplicabit sibi Equis, nec reducet populum in Aegyptum: Equitatus numero sublevatus, præfertim cum Dominus præcepit vobis, ut nequaquam amplius per eadem viam revertamini.* Nam qui talia mente concipit, effrango illi & feroci Equo similis est, de quo vulgatum adagium, *Sedde Equinus à pedibus procul, ab Equo, inquam illo, qui semper Aegyptum, hoc est, voluptatum & illecebrarum planitium appetit insultare: quo circa frenis catenisq; compescendus est, nisi velimus in perniciem rapi, & nosmetipsos una cum fortunis dare præcipites.* Nam, ut prime ait Euripides, ἀχαλίων σουδτών, αύρας τ' αφεσθέντα, τέλος δυσυζήτα, Infrani orū, exlegi quod demenias finū infortunium. Sæpe autem in Divinis literis Equus aberrantem & vagum hominem indicat, qui sine ratione ultra feratur, ut, *Fallax Equus ad salutem, & Nolite fieri sicut Equus & Mulus, quibus non est intellectus.* Calidum vero Antisthenis dictum, cum Plato vehementer laudaret Equum in pompa quadam Equi strati hinnitu crebro ferocique excelsis spiritus præ se ferentem, is qui hominis jactantiam libenter incelebat, *At tu, inquit, videris bonus Equus evasurus.* At Themistocles, cum mutatos ejus mores ex procacissimo in maximè temperantem plerique admirarentur: *Annon, inquit ille, videris asperos & indomitos pullos in optimos Egos evadere?* Non imprudenter itaque Prudens elationem animi describens ait:

Fortè per effusa inflata Superbia turbas  
Infreni volitabat Equo,  
NEQUITIA IN TEMPERATIAM VERSA.

## CAP. XXI.

**Q**uod vero super Aegypti delitiis dictum, D. Ambrosius ex Apostoli dictatis, eo tempore ait P. Egypti de-  
litta. Ischa celebrari quo Israelitici Aegyptum reliqueré, solemnitatemq; eam, animarum transitum interpretari, à virtutē, à corporis affectibus ad animi constantiam atque sobrietatem, à malitia nequitiaeq; fermento, ad veritatem & stabilem sinceri propostī firmitatem: mollitiem quippe in Aegyptiis, & alia multa carpit Hadrianus, maximeque optare videtur, ut melius esset morata civitas, Alexandriam notans. Legitur in libris Sibyllinis, MILES ROMANE AEGYPTUM CAVE. Quod licet de Pompejo Magno dictum interpretati sint multi, sollicitique aliquando Romanī fuerint ne Ptolomeū armis in regnum restituerint, hac religione deterriti: alia tamen, eaque longe verior ejus oraculi videtur interpretatio, præceptum scilicet de illis hoc velamento, ut quibus datum esset imperio populos regere, Aegyptum caverent, quippe delicias & molitiem, eaque omnia quæ mox fortissimum id genus hominum ut primum lascivire coepit, turpiter adeo effeminarunt, ut pessum

*Ut Cicero  
lib. 1. Epis.  
florarum.*

A pessum penitus ierint Imperio in eos translati, quos ut omnium despiciatissimos expuebant, & omni contumeliarum genere infestabantur. Sed quanto erat ominosior *Egyptus* *Pop. Romano*, successum *Nempe Re-*  
marios. tante prosperiore *Egypti* ex Romanorum adventu in regionem eam, oracula pollicebantur. Apud Memphim enim in aurea columna literis *Egypti* scriptum erat, tum demum *Egyptum* libe-  
 ram fore, cum in ea venissent Romani fasces, eorumq; prætexta, quod apud Proclum Grammati-  
 cum se legisse testatur Pollio: nimirum qui virtutem & rerum disciplinam admittit, vitiis liberatur.  
 Sed enim Romani pace jam terra mariq; parta, molles *Egyptiorum* delicias suscepere, illi, deliciis  
 amoris, pristinam Romanorum virtutem industriamque sibi mox vindicavere. Sed alio loco de fa-  
 scibus dicendum erit. Quod vero facit ad rem, Adamantius ad dictum illud de Josippo, *Et totius E-*  
*Egypti principatus obtinet, ita philosophatur: Libidinem quippe calcavit, nequitiam evitavit, omnesq; cor-*  
*poris voluptates edomuit atq; frangavit. Hoc enim est totum *Egypti principatus gerere. Vide vero Chryso-**  
*stom oratione quam habuit in vigilia Epiphaniae, de *Egypto* multa in hanc sententiam differen-*  
 tem.

## B RATIO ET CUPIDITAS.

C A P. XXII.

*E*st tale aliquid apud Platонem in Phædro, qui rationem atque cupiditatem per dexterum & si-  
 nistrum bigarum Equos intelligendum proponit, improbique ac impuri ora lupatis frangenda  
 ad crux ulque illis præcipit:

*Donec humi sonipes temeraria crura superbis Mox facilis des lori manus pariter que feratur*  
*Imprimat, & tellus clunibus ita tremat: Obsequio parens manus uterq; tuo.*

## C SUPERBIA. PERTINACIA. CESPISTATIO. INSOLENIA.

C A P. XXIII.

*N*am & in Mosaico illo quadrupede vita quatuor reprehendit Philo, quæ una cum seffore in  
 mare projicienda deperdendaq; sint. Elatum in primis pedem illum, quem Superbiam illi vo-  
 cavere, quam pes alter comitatur, qui secum trahit velocem ad vitæ perniciem proclivitatem, in qua *Equi Mo-*  
 frequenter admodum cœpit, cernuusq; canterii more in fossam lapsabundus corruit. Ex posticis *faci vita*  
 pes alter, mala perseverantia subsequenter pertinaciam ostendit: alter, perperam factorum exulta-  
 tionem, quæ omnia effrānum & exultantem Platonis Equum mira similitudine describunt. Joco-  
 se vero Tejas Anacreon, cum muliebrum fastum, arroganterq; animum incesseret, puellam quan-  
 dam Equino comparavit pullo, in quem nemo adhuc ascensisset, atque ita assultum nullo cohibita  
 frāno temere vagaretur, cuius sententia versus hi superfuere:

<i>Πῶλε Θερινή πέδη με</i>	<i>Στρέφομ' ἀμφὶ πέμπαται δέργας.</i>
<i>Λοξὸν ὄμμαστι βλέπων</i>	<i>Νῦν δὲ λεμνάδες τε βόσκει,</i>
<i>Νηλέως Φύγεις: δοκέεις δὲ</i>	<i>Καθόπα τε σκητῶν παῖδες.</i>
<i>Μηδὲν εἰδένεις τῷ Φέν. ίδεις</i>	<i>Δεξιόν γὰρ ἵπποποτέρην</i>
<i>Τοῦ καλοῦ μὲν, ἀν τοῦ τοῦ καλινόν</i>	<i>Οὐχ ἔξεις ἐπιμβάτην.</i>
<i>Εμβολίουν οὐτας ἔχων.</i>	

Quos quidem utcumque potui, candore haudquaquam pari, Latinos feci:

D <i>Pulle Treicia equid, o me</i>	<i>Mete in ambitum, atq; finem,</i>
<i>Torue luminibus petitum</i>	<i>At tu, amana prata pastie,</i>
<i>Impù fugi? videris</i>	<i>Molle sed lascivienti,</i>
<i>Nil quidem sapere: aperita</i>	<i>Non erit magister usquam</i>
<i>Pulchra eris tibi, si lupatos</i>	<i>Seffor, insultare qui te</i>
<i>Illi gavero, moxque babenae</i>	<i>In modum probe insfruat.</i>
<i>Sumpero, atque circumvertero</i>	

Ad hoc facit lepidissima Ode illa Horatiana de indomita Vitula:

<i>Nondum subâlla ferre jugum valet</i>	<i>Æquare, nec Tauri ruentis</i>	<i>Carm. lib.</i>
<i>Cervice, nondum munia comparu</i>	<i>In vomerem solenre pondus.</i>	<i>22. od. 5.</i>

G a

Circa